fia. Ista autē habuit oia et sapiētiam et eloquētiam et prudētiam. Unde in eius legēda. Est autē apud nos puella sensu et prudentia incōparabilis: que oēs cōfutat et deos nostros demones esse confirmat. Igitur hanc amauit et c. ¶ Secūdo ratione et c. Multi matrimonium contrahunt ratione nobilitatis. O pater est de nobili prosapia. Tbi nota sū Alber. super Luc. q̄ quadruplex est nobilitas.

Prima est ex carnis propagatione.

Secūda est ex animi formatione.

Tertia est ex legali adoptione.

Quarta est ex diuine imaginis ordinatione.

¶ Prima et c. Cum quis respicit ad carnis nobilitatē. O pater ego sum de tali et tali domo. Sed de hac non multum est curādū quādo deest nobilitas virtutū. C. Flamineus p̄tra. P. Cornelium Scipionem. Ego enim non in aliena gloria: aut falsis fortune bonis: sed in propria veraq̄ anime virtute nobilitatē hoīs esse existimo. Et rō est: Apuleij li. de deo Socratis et Sen. Si pulcher es lauda naturam: si nobilis: lauda parentes: si diues hoc fortune debetur: si virtuosus lauda teipsum. Practica per singula. De diuitijs. De pulchritudine et c. Ideo non ponas spem in hōi nobilitatibus: sed in virtutib⁹. In huius figurā r̄ps. xij. elegit pisces: matrē pauperulam: patrem Joseph carpentarium: vt doceret nos ista relinquere. Catharina fuit nobilis genere: quia fuit filia Cosmi: tamē de ea non multū curauit. ¶ Secūda et c. cū quis virtutibus vacat. Que nobilitas a p̄ho i. ij. Rhetor. dicitur generositas. De qua Hieron. in epistola ad celatiam. nobilitas summa apud deum est clarus esse virtutibus. Hec est que nos fi-

lios dei efficit. In. vij. Ethic. Homines dicunt dū ppter virtutes excellentiā. Et apuleius lib. de deo. Socratis. Nihil est deo similis q̄ vir animo perfecte bonus. Catharina hanc habuit qz virtutibus inuaduit: vñ fuit et c. ¶ Tertia nobilitas et c. et est q̄ q̄s aliq̄e adoptat in filium. Figura de Moyse Exod. i. Quo nato et posito in fisco la a matre i mari. Filia Pharaonis ipm in ficiū adoptauit: tanto dignior est filius quāto q̄ adoptat est dignior. Jesus autem adoptauit Catharinam in filiam: et cum r̄ps sit nobilissimus: iuxta illud Prover. vlti. Nobilis in portis vir eius. ideo nobilissima dicitur Catharina. ¶ Quarta dicitur et c. Quāuis p̄ssimus deus omnes creaturas amet vniuersali amore: iuxta illud Sap. xj. diligis oia que sunt. Tamen singulariter amat creaturā rationālē: quia ad eius imaginē est facta: sed qualis est hec imago dei: Rndent cano. de pe. dist. ij. Similia similit̄ esse dei: est habere imitiam: sapientiam et virtute esse perfectum. Hec autem imago viuuit in hōine q̄ virtuose operatur et q̄ seruat diuina p̄cepta: sed moritur et offuscatur q̄ vitiose viuuit. Tñ cōquerit d̄ns per Hier. c. iij. dic. Quomodo obscuratum est aurum scilicet bonū virtutis: mutatus est color optimus: scilicet de puritate in nigredinem peccati. ¶ Christiane quis et c. Hanc nobilitatem habuit Catharina: qz nunq̄ deturpauit hanc per peccatū mortale. Unde dicit Catharina a Catha quod est totum et ruina qualis vniuersalis ruina virtutū. Ex hoc sponsus eternus ipsam amauit. Hanc amauit et exouisui et c. q̄ sententia. Prover. iij. Omni tempore diligit qui amicus est philo-

phos in. v. est intrant qui dicunt sum dilexi tate vera e. rasset. Om. quibus et. primo in. Secundo. Tertio po. ¶ Primo i. ma que si. posito in ce. primo per. Secundo. Tertio vic. ¶ Primo p. ero. r̄. De. taliaq̄ esse. ci cauda. ¶ claudus. plum. et p̄. tate a sign. laudi et c. ¶ perseueran. operunt in. os. Catha. Dicere po. Donec defi. uocētia me. virtutidinē. ledicit ipse. stiam. esto. tharina fuit. mari. Tert. ¶ Certamer. et. Hanc. maui eā i. est quan. tribulatio. dentib⁹: s. us. Et in. adet boni. ip̄i? an. spōse Ca. dona ac p. nocem int.

phos in. viij. Eth. Vera amicitia
intransmutabilis: contra illos
qui dicunt. O pater aliquando ih
sum dilexi: nunc autem non. Non
fuit vera amicitia: quia perseue
rasset. Omni tēpore zc. Tripliciter
christus eam dilexit.

Primo in vita.

Secundo in morte.

Tertio post mortem.

Primo in vita: quia eidē nauit
ma que sunt necessaria cuilibet
posito in certamine.

Primo perseuerantiam.

Secundo fortitudinem.

Tertio victoriam.

Primo perseuerantiaz. Figura
ero. xij. De agno q̄ esset sine ma
ri: qd̄ esset euz capite: z qd̄ esset
cauda. Unde. ij. Reg. v. Cecus
et claudus non intrabunt in tem
plum. z phs in phia. Caue et pre
stare a signatis. Hunc autem ceci
caudi zc. Tertio cum cauda. i.
perseuerantia. Miero. ad suriā nō
uerunt in chustianisinitia: sed fi
us. Catharina fuit perseuerās.

Docere poterat illud Job. xvij.
Donec deficiat non recedā ab in
uocata mea. Secundo tribuit ei
fortitudinē cōtra aduersarios: vn
de dicit ipse suis fidelibus per ces
sationem. estote fortes in bello. Ca
tharina fuit fortis: vnde meruit

amari. Tertio tribuit ei zc. Sap.
Certamen forte dedit illi vt vin
ceret. Hanc amari. zc. Secundo
tribuit eā in morte. signū amicitie
est quando amic⁹ ali⁹ visitat
tribulatione. Ad Ro. xij. flere
gaudentib⁹: gaudere cum gaudentib⁹.
Et in. ij. Rbe. Verus amic⁹
gaudet bonis amici: z condolet tri
bulationē ipsi⁹ amici. Iesus amorosus
fuit ipse Catha. in ei⁹ morte quin
dona ac p̄legia ei tribuit p̄p̄
torem in se sū que ad eū hēbat.

Primum est xpi visitatio.

Secundū est celestis refectione.

Tertium est orationū exauditiō.

Quartū est angelorū accessio.

Quintum est lactis emanatio.

Primū est zc. Cum esset in car
cere. xps ad eam venit cū angelos
rum multitudinē ac virginū di. ei
Anoſce o filia tuū creatorē pro cu
ius amore laboriosus subiciisti cō
fictū. Constans esto: qz tecū ero.

Assimilat aut Joāni euāgeliste: qz
sicut ad eū venit xps ita ad hanc
venit. Scd̄ zc. cū esset in carce
re misit ei de⁹ cibū per colūbas ne
fame moreretur. Vñ verificat ps.
Non em̄ vidi iustū derelictū: nec
zc. Assimilatur magdalene q̄ per
angelos celesti cibo pasta fuit in
Marſilia francie. Tertio zc.
qz in sua passione orauit deus: vt
q̄cunqz ageret memoriā vel i mor
te se ei cōmēdaret in quacūqz ne
cessitate eā inuocaret diuine mie ef
fectū sentiret. fuit exaudita iuxta
illd̄ ps. Clamabit ad me: z ego zc.

O chustiane habebas ipsam in des
uotione: qz est magna apud deum
z apud sanctos. Quarto zc. qz
angeli ei obsequiū p̄stiterūt i mar
tyrio suo: qz angelus perunxit pla
gas suas z rotā cōfregit ac inimi
cos eius confudit. Quintus zc.
cū decollata fuisset: vnda lactis
emanauit in signum puritatis.

Tertio amauit eā post mortē: qz
eius corp⁹ honorauit: qd̄ per ange
los collocari voluit in synai mon
te per spatiū. xx. dieruz a loco mor
tis: i quo loco deus dedit legē hu
mano gñi: in quo loco Moyses. xl.
dieb⁹ z noctibus loquebat deo fa
cie ad faciem: vt verificaret verbū
Esa. xl. sepulchrū ei⁹ erit gloriōsū.
vñ ecclesia canit. De⁹ qui dedisti
legē Moysi in summitate montis
synai zc. Et sic p̄t̄ scd̄a ratio zc.

Tertio rōne 2c. Quia fuit locu-
ples: 2 ex hoc de^o eā amavit: solēt
mulieres dare viris suis vñā tan-
tū dotē. Catharina autem quinqz
tribuit.

Pria fuit ardentissime charitatis.
Secunda fuit purissime virginita-
tis.

Tertia fuit contemptus munda-
ne delectationis.

Quarta fuit maxie perfectionis.
Quinta fuit excellentis predica-
tionis.

Prima fuit 2c. Amore dei 2 pri-
mi languerat. Prio dei p quo oīa
mūdāna desperit: vt dicere posset
illud Cañ. v. Amore languet. Se-
cūdo pximi: qz oīa bona pauperi-
bas dedit: vt dicat illud prouer. vl-
ti. Manū suā aperuit inopi iter ce-
teras mulieres prerogatiuas vna
est q sit liberalis. Vis cognoscere
feminā nobilē: respice liberalita-
tem eius. Que sunt villane: auare
sunt. He stant post ostium 2 dicūt
pauperi. vade cuz deo. Scda dos
fuit 2c. fuit em virgo. Tho. i quoli-
betis. duplex est virginitas: men-
talia 2 corporalis. O q̄ plures sunt
corpore h̄gines: mēte meretrices.
O quot moniales virgines corpo-
re. Unde illa canebat post exiituz.
Jam quia foris sum: nolo esse am-
pli^o monacha 2c. Catharina fuit
mēte 2 corpe virgo. Tertia dos 2c.
Augu. ad eremitas. Scriptuz est
fratres charissimi omnes mundi
amatores dei esse inimicos: contē-
psit virgo sancta hōnotes et digni-
tates imperatoris: vt christum lu-
crifaceret. Quarta dos 2c. Nichil
in ea fuit reprehensibile: sed in om-
nibus exemplum bene viuendi:
exemplum humilitatis virginib^o
2 puellis dedit. Exemplum vere-
cūdie. Quinta dos 2c. Cuz fuerit
preceptum nō predicare per apo-

stolum. j. Tim. ij. Mulieres doctas
re non permitto. 2. j. Cor. xij. Mu-
lieres in ecclesia taceant. 2 hoc vt
dicit Tho. ij. q. lxxvij. quia sunt
intellectu debiles 2 aspectu puo-
cabiles ad malum. Catha. fuit mi-
re grauitatis 2 sapiētie: qd patet.
Imperato: cōdixit. Ioratores do-
ctissimos in omni sapiētia vt Ca-
tharinā cōfunderēt. Sic adducti
vnus capit arguere. O Catha. scri-
ptum est Deut. iij. Audi israel do-
minus de^o tuus vn^o est. Et illa re-
spōdit. Ostēdo tibi esse tres. in ps.
di. Bndicat nos deus de^o noster:
bndicat nos de^o: vbi inuuitur tri-
nitas personarū. Scds arguit. O
Catharina. viij. phisico. di. Fru-
stra sit per plura qd potest fieri q
pauciora. si ille erat verus de^o que
Jesuz dicitis poterat redimere ge-
nus humanū solū verbo: iuxta illu-
d. Dixit 2 facta sunt. Rñdit vir-
go. Verum est q potuit: sed nō de-
buit. Et ratio est. In deo est miseri-
cordia 2 iustitia. Si em solo verbo
oēs saluaret: maxima fuisset miseri-
cordia: sed vbi esset iustitia: nō ve-
ro oēs dānasset: vbi esset sua misē-
ricordia: ideo voluit incarnari et
nasci vt appareret sua misericor-
dia: 2 pro nobis voluit pati: 2 san-
guinem suū soluit in banchō cru-
cis: vt appareret sua iustitia. Con-
fusus. ij. Terti^o surrexit di. O Ca-
tharina tu dicis deū esse hominē:
probo impossibile: qz in. ij. phisico.
Finiti ad infinitū nulla est propor-
tio. Rñdet virgo. A gentilibus est
predicatū. Sibylla cumana. Fe-
lix ille. De^o qui ligno pēdet ad al-
to. Et sibylla erithrea. In vltima
autem etate humiliabitur proles
diuina: vnietur humanitati dicitur
nitas et puellari officio educabitur
Ille. cofusus oēs dixerūt imperato-
ri. O imperato: nos sumus cōtra

In festo
De dig



triplici di-
tur xpm g-
dunt per
apls ad
deū: factie
fides sin-
Quidā se-
operation-
summatio-
dunt. Joh-
per quam
rū. Hieron-
runtur in
nes. 2 Th-
q̄ aliquis
per gratia-
habet pete-
uerantie: v-
nig in fin-
tia: quibus-
sta. Ille. q-
per fidē 2
nā: vt And-
Seeg. in ho-
res charit-
fontis voc-
relictis ret-
proxem. A-
ad huc mi-

Indignat^o imperator: iussit eos igne cremari: q^o nec lesi celū ascen-
dit. Virgo aut^o nolens imperato-
ri assentire: quinq^o genera tormē-
torū in eā exercuit. Primo scorpi-
o: quibus flagellata. Secundo in car-
cere clausa. Tertio fame cruciata.
Quarto super rotas posita. Quin-
to decollata. hāc amavit &c.

In festo sancti Andree aposto-
li. De dignitate apostolica.



Relictis retibus et
navi secuti sūt eū.
Matth. iij. Cōclu-
sio est sacrorū theo-
logorum q^o homi-
nes xpm sequētes
habent reperiri in

triplici differentia. Quidā sequū-
tur xpm per fidem: sed ab eo rece-
dunt per operationem. De quib^o
apls ad Titū. f. confitent se nosse
deū: factis aut^o negant. & Jacob. ij.
fides sine operibus mortua est.
Quidā sequunt^o deum per fidē et
operationē: sed nō per finalem cō-
summationē: q^o cito avia dei rece-
dunt. Josue. ij. cito deseruerūt viā
per quam ingressi sunt patres eo-
rū. Hierony. ad s^ouriam. Nō que-
runtur in christiano inina sed fi-
des. & Tho. f. ij. q. cix. arti. p. Post
q^o aliquis positus est in gratia: &
per gratiā dei iustificatus necesse
habet petere a deo donum perse-
verantie: vt. f. custodiat^o a malo
vicijs in finē. Nam multis dat^o gra-
tia: quibus nō dat^o perseverare in
fide. Ille. quidā sequunt^o christū &
per fidē & p^oagationē: & p^oseveran-
tiam: vt Andreas ap^ols & Petrus. vñ
Eccl. in homel. hōd. Audistis fra-
tres charissimi: quia ad vniuersi
monis vocem Petrus & Andreas
relictis retibus secuti sunt redem-
ptorem. Nulla vero hunc facere
aliqui miracula viderant. vel ab

eo de premio eterne retributionis
audierant: & tamen ad vnum dñi
preceptum: hoc quod possidere vñ
debantur obliti sunt. Ille. fin sens-
tentiam Tho. super Joan. lect. ij.
Tribus vicib^o a xpo vocati sunt.
Primo vocauit eos ad sui notitiā
vt quando stante Andrea quadā
die cum magistro suo Joan. bapt.
ad iordanē & dicente. Ecce agnus
dei. Andreas dixit Symoni fratri
suo. Inuenimus messiam qui dici-
tur Christus: & conduxit ipm ad
Iesum. O quātum obligat^o petr^o
Andree: q^o conuersus est &c. Die
sequenti reuersi sunt ad piscatio-
nem. Scdo vocauit eos ad sui fas-
miliaritatez. vt qñ erat cū eis ad
stagnum genezareth et ceperunt
piscicū multitudinē. Et iterum ad
propria sunt reuersi. Tertio voca-
uit eos ad apostolatū: vt cum am-
bulauit iuxta mare galilee eos vo-
cauit. Venite post me. Hier. xvj.
Ecce ego mittam piscatores & pis-
cabuntur. ideo illi diuino amore
succensi reliquerunt oia: vt aiunt
verba assumpta. Relictis retibus
&c. in quib^o verbis quia andreas
& Petrus cum tanta prompti aus-
dacia omnia reliquerunt: et secu-
ti sunt redemptorem: ideo in eorū
laudem de apostolatu vel dignita-
te apostolica sermonem texem^o:
de quo tria contemplantur.

Primum dicitur opinionis.

Secundum d^o: declarationis.

Tertium dicitur operationis.

Primū dicit^o &c. Annum aliq^o san-
cti sint maiores apls in patria.
Ad hoc sunt due opt. Una q^o sic.
Alia q^o non. Prima q^o sic: q^o pro-
bat triplici ratione impresentiarū
ad propositum.

Primo ratione passibilitatis.

Scdo rōne cōtemptibilitatis.

Tertio ratione humilitatis.

CPrimo ratione scilicet una est maxi-
 ma in theologia quod quodammodo
 mo patitur tribulationes tantop-
 premuabitur. Veritas huius con-
 clusionis probatur per Christum
 Matth. v. Beati qui lugent quo-
 nam ipsi consolabuntur. et Jo-
 h. vii. Tristitia vestra vertetur in
 gaudium. et ps. Secundum mul-
 titudinem dolorum meorum in cor-
 de meo consolationes etc. et Chry-
 quantomagis qui patitur tanto-
 magis in eterna vita glorificatur.
 et Hieron. quot vulnera patimur
 tot coronas meremur. de primo
 ad ultimum: quantop-
 tantomaius premium erit. Ad pro-
 positum. Multos legimus sanctos
 plura aduersa tolerasse quam apo-
 stoli. Quod patet in veteri testamen-
 to. In veteri Abel a fratre suo oc-
 ciscus est. Daniel in lacu leonum.
 zacharias est lapidatus. Esayas
 sectus lignea sarra. Hierem. gla-
 dio occisus est. Ezechielis cerebrum
 excussum. Preferea in nouo te-
 stamento Stephanus est lapida-
 tus. Laurentius in craticula eru-
 ditus. Vincentius pectinibus ferreis
 dilaniatus. Ignatius de membro
 ad membrum etc. Erasmus per vi-
 scera dilaniatus. Sic dico de vir-
 ginibus que per tormenta ad pa-
 radisum iuerunt. De quibus ad
 heb. j. Sancti per fidem vicerunt
 regna. Et infra. Secti sunt: lapida-
 di sunt: tentati sunt: in occisione gla-
 dii mortui sunt. Talia apostoli non
 sustinuerunt: igitur non sunt ma-
 iores. **S**ecundo ratione etc. Conclu-
 sio est Tho. in opusculo de decem
 preceptis et incipi. Tria sunt homi-
 ni necessaria: quod duo maxime
 augent charitatem. Primum patien-
 tia in aduersis. Secundum separatio
 a terrenis. Perfectio ergo christi-
 ana religionis est bona agere et ma-

la pati. Et separatio a terrenis. Mi-
 co sic. Ubi est maior contemptus
 rerum temporalium: ibi maius pre-
 mium in gloria. Veritas conclusio-
 nis probatur Matth. xix. Dixit pe-
 trus Christo in persona omnium
 apostolorum. Ecce nos reliquimus
 omnia et secuti sumus te: quid er-
 go erit nobis? Respondit. Amen di-
 co vobis quod vos qui reliquistis omnia
 et secuti estis me: centuplum accipie-
 tis et vitam eternam possidebitis.
 O mira benignitas que non vult
 vinci beneficiis. Das pauperi: co-
 piose tibi reddit. Sergio. ij. Dialo.
 Temporalis substantia cum distri-
 buitur multiplicat. Ad propositum.
 Ubi est maior contemptus ibi est
 maius premium: sed quidam sancti
 maiora contempserunt bona pro
 Christo quam apostoli. Sanctus Lu-
 douicus rex francoz. Alexius roy-
 manus. Rochus. Thomas de aq-
 no cardinalatum renuit. Sic san-
 ctus Vincentius: sic Bonaventu-
 ra. Bernardin' episcopatū sene-
 sem. igitur sunt maiores. Et si dis-
 ceres. Aliquid non apostoli talia
 egerunt: quia Petrus et andreas
 a christo vocati fuere et ipsi sunt
 secuti. Sed quid Matth. iiii. Reli-
 ctis retibus etc. O diuitie. x. solidor-
 rum. Unde patet secunda ratio.
Tertio ratione etc. Regula dat
 a magistro meo Iesu Christo in-
 fallibilis. Luc. xiiij. et xvij. qui se
 humiliat exaltabitur. Ecclesiasticus
 ci. ij. Quanto maior es: humili-
 te in omnibus. et Jaco. ij. Humi-
 libus dat gratiam: non immerito:
 quia summe ei placet: superbus
 lucifer dedit locum Christo humili.
 Diues epulo lazaro humi: Ema
 superba marie humili. Ad propo-
 situm ubi est maior humilitas: ibi
 maius premium: sed aliqui sancti
 maiorem habuerunt humilitatem quam
 apostoli.

apostoli.
 quar ad e-
 cunctis. et ij.
 hinc fiam
 humilis
 de sancto
 doyse de
 litatem ne
 superbi. L
 no inter a
 beretur m
 bat di. ego
 vestru. An
 christianu
 bapti. Jac
 sibi zebed
 Ego sum f
 sum medic
 sui mercat
 guillarū:
 aliq in pat
 hells. vnd
Secund
 Quod apli
 no oib' ser
 super illud
 das spiritui
 heredi oib
 rogatus p
 titatio: sicut
 rstanq ab
 haberes. Et
 Secundu dit
 et. Ex quo
 tu ne dica
 sumt equ
 in gloria
 tus. **S**e
 Tho. j. ij. q. 4.
 ad. di. xvij. i
 sup Ro. vj
 Quod a
 eris mai
 nclu flo p
 mo rone
 secudo rati
 catio rati
 Se

apostoli. Sen. xvij. de Abraã. Lo-
 quar ad dominũ cũ sim puluis et
 cinis. 2. ij. Regũ. xvj. Ludam vt vi-
 sior fiam plũs factus sum: 2 ero
 humilis in oculis meis. Practica
 de sancto Marco: de Francisco de
 Moyse de Dominico: hanc humi-
 litatem non habuerunt apli: imo
 superbi. Luc. xvij. facta est cõten-
 tio inter apostolos quis eorum vi-
 deretur maior. Petrus se lauda-
 bat di. ego sum princeps omnium
 vestrũ. Andreas ego sum primus
 christianus et discipulus sui Joã.
 bapti. Jaco. 2 Joã. di. Nos sumus
 filij zebedei. 2 Bartholomæus di.
 Ego sum filius regis. et Lu. di. Ego
 sum medicus. Matthæus di. Ego
 fui mercator spoliõrum 2 pellũ an-
 guillarũ: vnde fuerũt supbi: igit
 aliq in patria sunt maiores apo-
 stolis. vnde patet prima opinio.
 Secunda opinio est doctorum.
 Quod apli sunt simpliciter maio-
 res oib' scis. Quid dicit o Tho.
 super illud ad Ro. vij. nos primis
 bus spiritus habetes di. apli sunt
 heredi oibus scis quacuncq' pre-
 rogatiua presulgeant: siue virgi-
 nitatis: siue doctrine: siue marty-
 ritij: q' abundatius spiritũ sanctũ
 habetes. Et sup verbo ad Ephē. j.
 Secũdũ diuitias gratie eius. di-
 cit. Ex quo apparet temeritas il-
 lĩ ne dicã error q' aliquos scõs
 sumũt equiparare aplis in gra-
 tia gloria. Ille. ad secũdũ venia-
 tus. Secũdum dicitur 2c. scõz
 Apo. j. ij. q. clxj. artic. iij. In. j. sen-
 t. di. xvij. in. j. par. q. xliij. ar. vij.
 sup Ro. vj. cõclusio hec extrahi-
 tur. Quod apostoli sunt omnibus
 scis maiores: dignioresq'. Que
 conclusio probat triplici ratione.
 primo rone approximationis.
 secũdo ratione electionis.
 tertio ratiõne repletionis.

Ser. de sanc.

Primo ratione 2c. Cõclusio est
 autoris lib. de causis. Quod quan-
 to magis aliquid appropinquat
 suo principio in quolibet genere:
 tanto magis participat effectum
 illius. Exempli gratia. de illo qui
 appropinquat igni: soli: plus par-
 ticipat de virtute illorum. Ad pro-
 positũ. Approximare deo anima
 mea chara: non fit passibus corpo-
 ris sed affectibus mentis vt ponit
 Bernar. super Gene. xvij. Ambus
 la coram me 2 esto perfectus. Tri-
 buis elemosynam pauperi. pass-
 sum vnũ accessisti apud deũ 2
 sic de singulis. Et quanto quis est
 deo proximior: tanto est dignior et
 perfectior. Christus est principij
 gratie et origo omnium gratiarũ
 atq' bonorum. Joannis. j. Gratia
 et veritas per Iesum christum facta
 est: sed nullus fuit preter vir-
 ginẽ huic principio Christo vici-
 nior: atq' propinquior q' collegij
 apostolorũ: qui immediate a Chris-
 to fuere edocti de omnibus secre-
 tis vite eterne. Mero. ad paulinũ.
 qd aliq' exercitatio et quotidiana
 in lege dei meditatio tribuere so-
 let hoc illis spiritussanctus sugge-
 rebat. Jo. rusticus 2 piscator indo-
 ctus. Et vnde vox illa obsecro. In
 principio erat verbum et verbum
 erat apud deũ. Hoc plato nesci-
 uit: hoc demosthenes ignorauit.
 Ille. fuit eis reuelatum secretũz
 totius trinitatis. Unde Christus
 quadã vice vocauit aplos di. Jo.
 xv. Vos aut dixi amicos: quia oia
 que audiui a patre meo nota feci
 vobis. Et. j. Joãnis. j. de se et alijs
 dicit. Quod fuit ab initio qd vidit
 mus: qd audiimus annũciamus
 vobis. O cellariæ spiritussancti.
 non immerito quia vt habet phs
 vij. Ethē. Nihil est tam propriũ
 amicorũ: q' simul cõuivere et con-

Bart,

64

Quadruplex est plenitudo spūs sancti. Prima est affluentie que sola fuit in xp̄o. De qua Joan. i. De plenitudine ei⁹ oēs accepim⁹. Secunda est excellentie que sola fuit in maria. De qua Luc. ii. Ave gratia plena. Tertia est sufficientie qua pleni sunt omnes sancti. De qua Luc. j. Et zacharias pater ei⁹ impletus est spiritu sancto. Quarta est abundantie que fuit in apostolis: qui pre ceteris fuerūt pleni. Unde ex hoc null⁹ potest ap̄lis eq̄ parari. Glo. super illud. Cōstitues eos principes &c. Beate virginis nulla mulier cōparatur: sicut nec aliquis sanctus potest apostolis comparari. Ille. Cur frater Gabriel? Quia fuerūt ecclesie fundatores. Apo. xij. Murus civitatis hierusalem habens fundamēta. xij. Et nomina. xij. apostolorum erant in scriptis. & Matt. xvj. Tu es petrus & super hanc petra edificabo ecclesiam meam. Ubi dicit Alber⁹ tus super Luc. qd xp̄s in hac vita quinqz habuit.

Primo corpus quod tradidit iactis.

Secūdo animam quam patri commisit.

Tertio substantiam temporariam quam tradidit iude.

Quarto matrem quam Joan. bonavit.

Quinto ecclesiam: quam soluz petro & apostolis commisit. Sūt ergo maiores. In huius signū ecclēia in iuis cerimonijs post summū pontificē q̄ est ecclesie caput: immediate collocat cardinales q̄ sunt pre ceteris digniores. Qd rō dicit: qz papa in ecclesia xp̄m rep̄sentat cū sit eius vicari⁹: vt ptz di. 2. 91. Cardinales aut loco apostolorū ponantur. Ex quo ptz: qd plē in ecclēia post xp̄m & eius ma-

trem primū locū tenēt. Preterea ecclesia in cantico Te deū laudamus. post cherubin & seraphin ante patriarchas & prophetas: sequitur apostolorum chorus. Cantata. Te gloriosus apostolorum chorus. Concludam⁹ ergo sic. vbi est maior gratia ibi maius meritum per consequens & gloria. Quanta est gratia: tāta est charitas. Quāta est charitas: tantum est meritum. Quantum est meritum: tantum est premium. Apostoli fuerūt huiusmodi. Igitur patet cōclusio nostra. Ad solutionem ar. Unica responsio nobis sufficit: que est Joannis Scoti in. iij. sentent. sic perfectio & sanctitas vite alicuius non consistit principaliter in paupertate: aut in paciētia: aut in humilitate: sed in charitate: iuxta illud apostoli. Super omnia charitatem habete quod est vinculū perfectionis. Et de penitencia dist. vj. Sine charitate non est salus. Et ratio. Quia paupertas vel vite austeritas et huiusmodi non notant perfectionem: nec hominem perfectū faciunt: cū sint instrumenta iuuantia ad perfectionem: vt habet etiam Tho. non sequit⁹ qz Joannes baptista vt alius sanct⁹ viuendo in maiori paupertate q̄ christ⁹: qz fuerit christo perfectior. Absit a seculo. In proposito. Si aliqui sancti inuenti sunt qui maiora egerint q̄ apostoli: non propter hoc fuerunt perfectiores: qz fundamentum omnium virtutum est charitas: et ipsi super omnes eam habuerūt. Plus meruit Petrus relinquendo nauiculam: qz zachari⁹ dando tot diuitias: qz cū maiori charitate hoc egit: sic dico de alijs. Unde Gregorius super h̄bo Mat. iij. Relictis rebus &c. Multū dedit q̄ totū reliq̄t. Unde patet

In vitis patrum legitur de quodā patre qui optabat informari cum quo erat glorificandus in celo. Respondit angelus. Cum Gregorio papa. Respondit. Ille abundavit delictis. Ego autē pauper. Respondit angelus. Tu magis delectaris in vna catta quam habes in cella: quod Gregorius in omni gloria sua. Ad propositum de apostolis. vnde patet quod sunt maiores: et sic per consequens debent plus honorari. Sed plus hodie sancti noui venerantur: et veteres relinquuntur. Facetia de presbytero qui crucifixum veterem fiebat. O crucifixe vere doleo super te valde. Surrexit crucifixus nonus qui etc.

Tertium dicitur etc. Tres sunt operationes quas apostoli sunt operati in presbiteriarum.

Prima dicitur predicatio.

Secunda de miraculorum patratio.

Tertia de martyrii consummatio.

Prima dicitur etc. Ad hoc officium fuerunt precipue electi et fundatores ecclesie. Joannis xv. Ego vos elegi de mundo ut cattis et fructum afferatis: et fructus vester maneat. et postquam resurrexit a mortuis dixit eis: Marci vlti. Euntis in mundum vniuersum predicare euangelium etc. Mare. vlti. Euntis docete omnes gentes. Et hoc officium predicationis dicitur applicum ad quod assumi non debet nisi persone sufficientes. Fiat practica. Apostoli habuerunt principatum in toto mundo: iuxta illud. Constitues eos principes etc. Albertus super Luc. Andreas fuit princeps apostoli Achatensis in Grecia. Iacobus maior princeps populi Hispanie. Thomas Indie. Philippus Scythie. Bartholomeus Indie minoris. Mattheus Ethiope. Symon Mesopo-

tamie. Thadeus Egypti. Mathias Iudeam in sortem accepit. Petrus princeps totius ecclesie. vnde Chrysostomus super Mattheum. Tria totus mundus mirabatur. Primum christum post mortem resurrexisse. Secundum carnem in celum ascendere. Tertium duodecim apostolos piscatores totum mundum conuertisse. Ille. Secundum opus etc. secundum Theodosium. ii. questio. clxxvii. De miracula fecit maxime propter tria. Primo propter sanctitatis alicuius demonstrationem que pro merito vite vult alijs proponere in exemplum sui virtutis: ut fecit de Antonio etc. de alijs sanctis. Secundo miracula fecit ut fidem approbet. Glossa super illud. Ut det illis hereditatem gentium. hec fuit intentio miraculorum ut gentes crederent. Que quidem miracula non sunt in alia natione nisi in catholica. Tertio miracula fecit deus ad confirmandam virtutem predicatam: et sic sunt facta miracula et signa predicantibus apostolis qui suscipiunt omnes miracula et signa claruerunt. Nam post christi passionem maiora miracula fecerunt in virtute nominis christi: quod fecit ipse christus secundum quod ipse promiserat eis Joannis. xiiii. Qui credit in me opera que ego facio et ipse faciet: et maiora horum faciet. Quod patet. Maius miraculum fuit quod ad umbram Petri infirmi sanarentur: quod quod ad tactum Marthe sanaretur a fluxu sanguinis. Maius miraculum fuit quod Paulus Dionysius conuerteret: quod quod christus Lazarum suscitauerit. Maius miraculum fuit quod roma ad vocem vniuersi piscatoris omnis secularis studij et deposita omni infidelitate ad christum se conuerteret quod quod christus filium vidne suscitauerit. O miracula miraculorum. O tuba para-

O rector
patris
splendore
latores
cre cruci
rii consi
habere
los in na
aductu
dixit ep
miratū
tur. Ille
mationē
sunt in d
aspectu
nos sepa
d. nullus
tū in ta
citur. r
de Raba
rū. Apoll
le marty
tormento
vbiq; pro
situm. h
ta. Post
vltimas
dū euāge
ingreditu
uit: ut et
expulsi
super oēs
ad christū
rem Ege
fidē conu
Budiens
ditur ciui
et Christi
ad sacri fic
rens And
qui iudex
dicen tur
ceres et a
animā tu
procacare
dreas qu
predicas o

Directores sancte ecclesie. O veri patres & amatores xpi fidelium. O splendores tenebrosi mundi. O bainatores triumphantis verilli sancte crucis. Tertiu opus est martyru consuminatio. Apostoli ante qd haberent spiritum sanctum erant debiles in fide. Unde Leo papa. ante aduentu spussancti sub ipso crucis dnce tpe alij ex discipulis effugamuralu vnus voce ancille terrenatur. Ille. Sed post spussancti cofirmatione cōstantes fuerunt ad oia sustinenda. Act. v. Ibat gaudetes a cōspectu etc. Et ad Rom. viij. quis nos separabit a charitate xpi. q. d. nullus. Nullum genus tormentoru intactu remissit. Petrus crucifixus. Paulus decapitat. Unde Raban^o sermone oium sanctoru. Apostolis est subiectu triuphante martyru nome qui per diuersa tormentoru genera christi nomen vobis professi sunt. Unde p^o ppositum. Historia scilicet Andree succincta. Post dñi ascensionem apostolis desperans per mundu ad predicandū euāgelium. Andreas in Achaia ingreditur & ipsam ecclesiam repleuit: vt et rex Hispanie in granate expulsus infidelibus ipsum laudo super oēs principes. Et populum ad christu cōuertit: & sup oia v^orem Egee procōsulis Romani ad fidem conuertit: atq; eā baptizauit. Audiens hoc Egeas iratus ingreditur ciuitates que dicebat patras Christianos omnes cōpellebat ad sacrificia idolorum. Cui occurrens Andreas dī. Oportebat vt te qui iudex hominū esse meruisti iudicem tuum qui in celis est agnosceres & agnitū coleres & colendo animū tuum ad his dijs penitus renocares. Cui Egeas. Tu es Andreas qui superstitiosam sectam predicas quam romani principes

iusserunt exterminari: cui Andreas Romani principes nō cognouerunt quomodo dei filius veniens in mundum docuerit idola esse demonia. Respondit Egeas. Quia docuit hic cruci est affixus merito a iudeis. Cui Andreas: pro nra salute non pro sua culpa mortuus est. Quod p^o per scripturas. Esa. liij. Omnes nos quasi oues errauimus: et dominus posuit in eo omnium nostru iniquitatem. Cui Egeas. Nisi mihi obtemperaueris o andrea ipsam crucem te faciam experiri. Respondit Andreas. Si crucis patibulum abhorreretur crucis gloriam non predicarem. Ecclesi. iij. Pro iustitia agonizare. et in sexto Ethic. Duobus existentibus amicis sanctu est honorare veritates. Extra de regu. iur. in. vj. Si de veritate scandalum nascitur: tutius scandalum nasci permittitur: quā veritas relinquatur. Frat^o Egeas ipsum in carcerem posuit. Et mane facto pro tribunali sistitur: et ab ipso inuitatur ad sacrificiu idoloru: aliter quod ipsum suppliciu grauibus afficiet: cui Andreas. Quicquid vis fac: quia tanto domino meo ero gratio^o quanto fuero in tormentis constantior. Ad hoc propositum. Cice. j. Tuscu. q. d. De theodoro dum ei Iesimacus rex minaretur facere mori in patibulo. Respondit voce viua. Ihs tuis purpuratis ista horribilia minare quæso Theodoro: nihil inter est humi an sublimi putrefcas. unde iussit a. xx. hominibus ipsuz cedi: et cesum manibus et pedibus cruci alligari vt sic longiorem cruciatum reciperet. cum ad crucem duceretur factus est cōcurus populoz dī. Innocēs eius sanguis effundi sine cā damnatur. Vidēs crucē a longe eā salutauit dī. Sal

ac. De centis. scilicet. hanc tenet opi. de celebranda conceptione. Non
 igitur. Septima ratio. Festum non
 celebratur nisi de re sancta. sed festum
 conceptionis ipsius celebratur: igitur
 fuit sancta ex consequenti sine pec-
 cato originali: igitur. Octava
 ratio. indulgentie non dant nisi pro re
 sancta: sed Sixtus papa. iiii. dedit cele-
 brantibus conceptionem indulgentiam
 per totam octavam. igitur fuit. Ho-
 na ratio. Miracula non potest fieri nisi
 a sancta. sed conceptio virginis se-
 citur continue facit multa miracu-
 la: que continue recitantur a pre-
 dicantibus: igitur ista conceptio
 fuit sancta. Decima ratio argu-
 unt quidam. Illud quod est per an-
 gelum revelatum: est firmiter te-
 nendum. sed beatam virginem fuisse
 conceptam sine peccato fuit a
 deo revelatum ut patet de quodam
 helmino abbate qui cum in medio
 mari fluctibus mergeretur appar-
 uerit ei angelus dei. Quod si voluisset
 annuatim celebrare celebrandamque
 predicare conceptionem virginis a
 naufragio liberaretur. at ille cum
 se hoc facturum promississet statim se-
 data tempestate saluus cum vniuersa
 familia comitibus in patria reuersus est.
 Primum de primo. Secundo arguunt auto-
 ritatibus. primo augustinus. li. de natura et
 gratia. Excepta virgine maria cuius
 de peccatis agitur propter honorem
 domini nullam volo prostris habere
 rationem. preterea Thome. in. i. sum.
 di. lxxviii. q. Bona virgo semper im-
 munitis ab omni peccato originali et actua-
 li fuit. preterea inducit. s. dicitur de
 quodam li. que editur de corpore christi
 contra Albigenses sic dicitur. Sicut pri-
 mus Adam fuit in agro damasce-
 no de terra virginea et immacula-
 ta formatus: sic secundus adam scilicet
 Christus fuit de carni virginea et
 immaculata conceptus. preterea
 Anselmus in epistola ad coepiscopos Anglie
 est deuotus nec verus amator vir-
 ginitatis qui respuit colere festum con-
 ceptionis marie. De illo predica-
 tore qui Tholose predicans contra hanc
 conceptionem exiens de pulpito quis-
 dam canis niger affuit qui ipsum
 fratrem deuorauit. Et sic per plura opi-
 nio nisi sermonis. Secundo dicitur.
 Opi. h. dicit oppositum. Et probatur
 intentum suum duplici modo.
 Primo ratione theologicali.
 Secundo auctoritate legali.
 Primo rationibus plurimis et
 firacissimis. Prima hec est. id quod
 maxime resistit fidei nostre est im-
 pium et crudele. et omnino non ten-
 endum imo respondendum quia est
 resistere spiritui. s. Sed dicere. b. vir-
 ginitatem fuisse sine peccato originali
 conceptam esse resistere fundatissi-
 me fidei. igitur fuit concepta in pec-
 cato originali. Maior est vera. Minor
 probatur. Aug. in. v. li. contra Iulianum
 omnes homines vulneratos esse
 peccato prothoplasti apostoli. ap-
 probatur eum dei. omnes enim peccauerunt
 et egent gratia dei dicendo omnes
 nullum excepit: sed totum declarauit
 genus humanum: peccauerunt enim omnes
 cum ex vno peccatore omnes nascuntur
 peccatores. vos autem dum aliter
 que excipitis resistitis fundatissi-
 me fidei ubi apostolus ait. Per unum ho-
 minem peccatum intrauit in mun-
 dum: et per peccatum mors: et ita in omnes
 pertransiit in quo omnes peccauerunt.
 Numquid hec falsa sunt? Quis au-
 deat hoc dicere nisi diuinorum elo-
 quiorum apertissimus inimicus.
 Idem in epistola ad Optatum de car-
 nine ait. Illud ubi premaxime fidei
 christiana persistit est ut credamus quod per
 unum hominem peccatum intrauit in mundum
 et per peccatum mors: et ita in omnes per-
 transiit: in quo omnes peccauerunt. Secundo
 ratio. Contradicere sacre scripturae

✠ 20
 est error
 in decre.
 sciat. c. si
 quidam
 care virg
 peccato
 scriptura
 Quid die
 peccauer
 Super q
 ois nullu
 genus de
 Cur o po
 matre de
 tus: Rho
 loco: q: u
 ois in qu
 but: 2 b
 actuali.
 in libr. d
 ponitur
 Si omni
 rueret i
 carum h
 damasce
 catum n
 ducimus
 ubi Aug
 original
 rulant.
 ho. Pul
 nisi ex pe
 ubi de
 Maria
 ecclesia
 lecta mo
 origina
 tua est:
 ginali. D
 Quam
 quod est
 nefari
 nali est
 Bon. in
 enim or
 tur filio
 quia sic

est erroneum et impium: ut dicitur in decre. di. ix. ca. ego solis. c. q̄s ne sciat. c. si ad sacras. et. xliij. q. iij. c. quidam autem. 2. c. heresis. sed dicere virginem fuisse conceptam sine peccato originali est hereticum sacre scripture: igitur fuit concepta 2c. Quid dicitis o Paule. Ro. iij. omnes peccauerunt. 2. c. v. per vnum 2c. Super quo Augu. Ap̄ls dicendo ois nullum excepit: quinimo totū genus declarauit humanū. Ille. Cur o pater Aug. nō excepisti hic matrē dei: cum de illa fueris deuotus: Rūdet. Non possum in hoc loco: q̄ in nūero aliorū est. In quo ois inquit ap̄ls. Excepi eā q̄n dei hui: 2 bñ locutus sum de peccato actuali. Et vbi o pater Augustie? in libr. de natura 2 gratia: vt etia3 ponitur a magistro in. iij. dist. iij. Et omnes sancti 2 sancte cum hic puerēt iterro gati fuissent an peccatum haberent: omnes vna voce clamassent. Si dixerim? quia peccatum non habemus ipsi nos sed; ducimus: 2 veritas i nobis nō est. vbi Aug. loquitur de actuali non originali peccato: vt quidam garulant. Vñ patet rō. Tertia ratio. nullus damnat pena mortis nisi ex peccato originali. ptz Beñ. l. vbi dī. Morde moriemini. virgo Maria mortua est. Imo patet: q̄ ecclesia consistetur: igitur fuit subiecta morti. Mors fuit pena peccati originalis. Ipsa cum alijs mortua est: igitur fuit concepta in originali. De ip̄o dī quod pro nobis. Quarta ratio. Attribueret virginē q̄n qd est solius Christi: est impius 2 nefarius: sed concepti sine originali est solius Christi: igit 2c. vnde Bon. in. iij. dist. iij. q. i. arti. ij. Non enim omnis honor qui attribuitur filio attribuendus est matri: quia sic non esset virginē honora:

re: sed potius contumeliam faceret: 2 Bernar. Virgo regia falso nō eget honore: veris honorum titulis cumulata. O stulti seculares q̄ putant virginē honore 2 ipam vituperant. Quinta ratio 2 vltima erit: asserere contrarium 2 oppositum eius quod fere omnes famosi doctores tenent: est impium 2 temerariū. Sed beatam virginē non fuisse conceptam in peccato originali est oppositum eius qd fere oēs doc. tenent: igitur dicere virginē non fuisse conceptam in originali est impium. vnde Glos. super. c. de cimam. de decimis vbi dī. Innocē. Opiniones magistrorum non vult derogare. 2 de restitutionibus spolia. c. literas. 2. ff. de origine iur. l. ij. §. post originem. Unde quod a pluribus 2 precipue sapientibus dicitur: firmiter est tenendum. 2 illud negare est temerarium. Ad p̄positum. Ad solum antiqui doctores. sed etiam posteriores tenuerunt et in scriptis reliquerunt: q̄ virgo beata et omnes hoies p̄ter x̄m in sui conceptione peccatum contraxerunt: qd patet triplici testimonio in presentiarum. Primo ecclesie doctorum. Secundo canonistarum. Tertio religionum. Primo Augustini in. v. contra Julianū. oēs ad mortē per Adam oēs ad vitā per christū: q̄ sicut in Adā oēs moriuntur: 2 ita in christo oēs viuificant. Vos autē dum nō oēs sed multos siue per Adam cōdemnatos: siue per christum liberatos vultis intelligi: horrenda peruersitate christiane religioni estis infesti. Ille. O Gregori? quid dicitis in. xij. moralium. Nullus sine peccato fuit nisi ille q̄ in hoc mundo venit sine peccato. o Hiero. quid dicitis super illo verbo. ps. xij. De manu cœ

nis vnicā meā. Unica est aīa xp̄i: quia sola est sine pctō. O Ambros. qđ dicit sup 1. u. ij. Qđ em̄ ex te nascetur sanctū. Solus em̄ p̄ omnia est natus de femina sc̄tus dñs Iesus. et Ber. in ep̄la ad Lugdunenses de festo cōceptionis nō celebrādo. Libenter virgo hoc honore carbit: quo vel peccatum honorari vel falsa videretur induci sanctitas. Nulla enim rōne placebit cōtra ritum ecclesie presumpta nouitas: mater temeritatis: filia superstitionis: soror leuitatis. Ille. Sic tenet Leo papa in multis suis sermonibus. Sic Ansel. in li. Cur de homo. et Beda i homilia sua Misus est. Cassiodorus super ps. Hugo in li. de sacramentis. Alanus i expositione symboli. Guilielmus durandi in rationali dist. offi. Theresia de gauduo in quolibetis. Preterea iterum Hugo. in ij. contra Julianū. Oēs inqt homines il li primorum parentū pctō nascuntur obnoxii: hoc qui negat xp̄iane fidei fundamenta subuertere conatur. Una est em̄ oīum catholicorum firma fides: q̄ per vnū hoīem pctm̄ intrasse in mundum: et ita in oēs pertransisse: vno corde credūt vno ore fatentur: et vsas nouitias presumptiones catholica antiquitate subuertunt. propter quam catholicam veritatem sancti ac beatissimi diuinorum eloquior clarissimi sacerdotes hyzene. Cyprianus. Reticus Olympi. Hylari. Ambrosius. Eregorius. Theophilus. Innocentius. Ioannes. Basilus: quibus velis nolis addo Hieronymum presbyterum vt omittā eos qui nondum dormierunt aduersus vos proferant de omnium hoīum peccato originali obnoxia successione inlam: vñ nemo excipitur: nisi solus ille quem virgo su-

ne lege pcti concepit. Ille. Ad cas nonistas venio. Statianus compilator decre. de cōse. di. ij. et. iij. per totū inter alia. in ca. firmissime tenes. sic dic. firmissime tene et nullatenus dubites q̄ oīs homo q̄ per concubitus viri et mulieris concipitur cum peccato originali nascatur. Joan. thentonius glossator decreti de conse. di. ij. ca. pronunciandum. et distin. iij. super. c. per bap. vbi sic dicit. festum cōceptionis virginis marie non est celebrandum: quia fuit concepta in peccato sicut ceteri sancti: excepta vnica persona Christi. Ioānes andreas doctor bonon. super. c. conquestus. extra de ferijs. Idē do minus Hostiensis in summa sent. de pe. et remis. Idē dñs Ioannes caldermus doctor bono. super. ca. conquestus: supra. Idē do minus Petr. de bruto i suo reperi torio in litera conceptionis. Odo do minorum Bona. in. ij. Si beata virgo nō habuisset aliquod peccatum non fuisset Christi morte redempta: quod est impium et nefarium. Alexander de ales doctor Parisiē. in. iij. par. sum. Si beata virgo maria non fuisset concepta in peccato originali non fuisset obligata peccato: nec penes nec habuisset reatum peccati: sed qui nō habet reatum pcti nō indiget redemptione: quia redemptio est solū propter obligationem peccati vel penes: et propter reatū peccati: ergo beata virgo nō indigisset redemptione facta p̄ Christū: qđ non est fm̄ catholicam fidē ponendum. Ille. Idē t3 Ric. de media vil. in. ij. dist. ij. Anima inquit beate virginis ex sui vnione ad carnem originale peccatum committit. et Nicola. de Lyra super illud. Spiritus sanctus superueniet in

te. Bene
generat
ginem a
stentem
to purg
Et irate
dine in
ter et op
pa femi
ta supra
nascitur
ventre c
altissimi
vnctio te
mundici
noli pecc
cum q
mā data
tes. alua
dinis Jo
Robertu
Reginal
thomas
Ioannes
Bertran
Barthol
Berard
Odo
ma in qu
to sine d
in sui cor
de ancho
li. facin
Gregorij
M. xij. q.
re scrip
Ansel. fir
tem in o
pti. O
episcopu
quendo n
nonum e
te virgin
sūt conc
Et Paul
ij. firmi
ginem fu

te. Bene dixit superueniet in te qz
 uenerat spiritus sanctus super vir-
 ginem adhuc in utero matris exi-
 stentem eam ab originali pecca-
 to purgando: ut cōmuniter dicit.
 Et frater iacoponus de eodem or-
 dine in laude vulgarī: sic elegan-
 ter et optime loquitur. O virgo su-
 pra feminas. Sancta Maria bea-
 ta supra feminas dico. Quilibet
 nascitur inimicus postq̄ anima i-
 n ventre clausa fuit: infusa virtus
 altissimi te sanctificauit: diuina
 unctio te sanctā fecit: et omnis im-
 mundicie fuisti exors. Ab origi-
 nali peccato q̄d Adam seminauit:
 et cum quo quisqz nascit tota fuisti
 mūdāta. Idem dicunt doc. sequen-
 tes. aluarus hispanus eiusdem or-
 dinis Joannes de rupella.
 Robertus canton.
 Reginaldus archiepiscopus ro-
 thomagensis.
 Joannes rigaldī.
 Bertrandus de turri cardinalis.
 Bartholomeus de pisse.
 Gerardus odonis in libr. de figuris.
 Ordo eremitarū. Egidius de ro-
 ma in quolibet. Beata inquit vir-
 go sine dubio originale peccatum
 in sui conceptione contraxit. Aug.
 de anchona super epistolas Pau-
 li. Facinus de Ast. in. iij. sen. dis. iij.
 Gregorius de arimino in. iij. sentē.
 lxx. q. ij. dicit fm̄ auctoritatē sa-
 cre scripture et Augu. et Ambro. et
 Ansel. firmiter tenendum est virgi-
 nem in originali pctō fuisse conce-
 ptā. Ordo carmelitarū. Sicut do-
 ctōr episcopus in. iij. quolibet. q. ij. Se-
 quendo rationes et auctoritates ca-
 nonum et sanctorum salua purita-
 te virginis teneo q̄ beata virgo
 fuit concepta in peccato originali.
 Et Paulus de perusio in. iij. disti.
 lxx. firmiter tenendū est beatā vir-
 ginem fuisse in originali peccato

conceptam: tum quia fuit conce-
 pta per concubitus viri et mulie-
 ris: tum quia solus christus fuit cōce-
 ptus sine peccato. Ordo cartu-
 siensium qui per totum orbem se-
 stum hoc non celebrat nisi sub no-
 mine sc̄tificatiōis: dicens in prima
 oratione. Supplicationē seruorū
 tuorū deus mise. erandi: vt qui in
 sanctificatione. Idē dñs Joannes
 calcar in sermone de natiuitate: et
 ceteri alij. Ordo cisterciensiu.
 Oddo abbas in homil. super euā-
 ge. Stabat iuxta crucem Iesu. et
 dñs anibaldus super. iij. dist. iij. et
 alij plures. Præterea doctores se-
 culares deuotissimi et in sc̄ctia sa-
 mosi. Hugo de sancto victore li. de
 sacramentis. lib. ij. parte. ij. ca. vj.
 Ricardus de sancto victore sup
 illud spiritus sanctus superueniet
 in te. Petrus lombardus in suo
 iij. lib. sen. di. iij. Ordo predica-
 torum. Tho. in. iij. par. q. xij. arti.
 iij. in. j. q. lxx. ar. iij. in. ij. senten.
 distinc. xij. ar. ij. Sic petrus de ta-
 rā. in. iij. di. iij. et hugo gallicus in
 iij. di. iij. Durandus in. iij. d. iij. pe-
 trus de pla. in. iij. dist. iij. Alber.
 in. iij. dist. iij. Dicere inquit beatā
 virginē nō fuisse conceptā in pctō
 originali est heresis condemnata
 a. b. Bern. et ab obus magistris
 parisijs. Heruens ordinis gene-
 ralis. Ugo cardin. in expositione
 Luc. Nicolaus trauesh. Robertus
 holcot. Martinus qui fecit cronis-
 cas. Vincentius qui fecit specula.
 Jacobus de voragi. et omnes alij
 qui sunt in numero. lxx. huius or-
 dints affirmantes hāc opinionē.
 Quid vobis videt ciues mei sup
 hoc? Quare oēs religiones nō pu-
 gnāt pro doctōribus suis? Ecce quot
 doctores quot sapiētes hoc affir-
 mant. Sed dicunt emuli nostri q̄
 fuit p̄uilegiata: q̄ a pctō preferua

ta. Ostendant illud privilegium: et
 eis fidem dabimus. ¶ Tertium prin-
 cipale de responsione ad ar. vii. s.
 et ad rationes. Rñdeo ad singula.
 ¶ Ad primū de angelis q̄ p̄serua-
 ti fuerunt: multo magis virgo ma-
 ria. Angeli non habuerunt possibi-
 litatē ad cōtrahendum pctm̄ origi-
 nale: q̄ fuerūt oēs imediate crea-
 ti a deo et nō p̄ origine seminaliter
 p̄pagati: sicut virgo maria: sed bh̄
 habuerunt possibilitatē ad peccā-
 dum actualiter: et ideo non fuerūt
 p̄seruati a peccato originali: sed
 ab actuali: q̄ p̄seruatio a malo
 p̄supponit possibilitatem eius q̄
 p̄seruatur ad illud 'malū quan-
 tum est in se. Et sic patet responsio
 ad primum. Ad secundum de Idi-
 gnatione filij: esse odiosum deo po-
 test contingit dupliciter. Uno mo-
 do per actum volūtatis proprie. et
 hoc non fuit in virgine. Alio mo-
 do nō propria voluntate: sed vteri-
 na cōceptione p̄pter inordinatam
 voluntatem primi parentis: a quo
 seminaliter persona propagatur.
 Et hoc non est absurdum sed ne-
 cessarium credere hanc iram ha-
 buisse. Sed postq̄ fuit mater dei:
 vel postq̄ fuit ex utero nata nūq̄
 fuit deo odiosa: vel in indignatio-
 ne filij: s; semp fuit ab eo dilecta.
 ¶ Ad tertiu de habitaculo. ¶ Res-
 pondeo. Virgo maria fuit specia-
 le habitaculum: dato q̄ in pecca-
 to originali fuit concepta: quia pre-
 ceteris sanctis specialius fuit ab
 originali peccato mūdota. In sua
 sanctificatione copiosius ceteris
 manus gratie accepit: vt non solū
 purgaretur a peccato: sed vt etiā
 tota ei⁹ vita redderetur immunita
 a peccato actuali mortali et venia-
 li: quod nulli sanctorum cōcessum
 est. Unde excessit omnes in sancti-
 ficatione. ¶ Ad quartum respon-

deo q̄ licet deus de potētia abso-
 luta potuisset p̄seruare virginē
 a peccato originali: cum hoc non
 implicet contradictionem: q̄ non
 erit impossibile omne verbū: non
 tamen potuit de potentia ordina-
 ta que cōsideratur circa ordinē
 a diuina sapientia institutum: fm̄
 que ordinatū fuit vt x̄ps esset om-
 nium redēptor: q̄ si fuisset p̄ser-
 uata nō indiguisset redēptione fa-
 cta per x̄pm. ¶ Ad quintū rñdeo
 fm̄ Esidium de Roma ordi. ere.
 mi. in. vi. quolibet. Conceptione
 in originali peccato non derogabi-
 gnitati virginis quinimo plus cō-
 mendatur et congruit officio suo
 per quod facta est vt esset media-
 trix nostra et membrū christi: q̄
 enim concepti in peccato originali
 non sit fm̄ se laudabile: tamen in-
 quantū per hoc fit homo membrū
 x̄pi prout a tali peccato liberatur
 pertinet ad laudē eius. Unde ne-
 gare virginem originale peccatū
 non contraxisse est negare illam
 ad x̄pm ordinem habuisse et nega-
 re illam membrū christi fuisse. Cui
 magis est laudabile cum peccato
 fuisse. ¶ Ad sextum. Respondeo q̄
 plures sunt qui credūt et affirmāt
 conclusionē de originali q̄ in pat-
 tem oppositā. Nam ducenti qui-
 quaginta doctores istud asserunt
 et quāuis plures vulgares hoc no-
 neant. Hos autē fidem prestamus
 doctis. ¶ Ad septimū. Rñdeo Bla-
 bertus de vixia in summa de in-
 structione confessoris: q̄uis virgo
 in originali fuerit concepta tamē
 creditur in utero matris sue sancti-
 ficata fuisse anteq̄ nata ex utero:
 et ideo circa celebrationē cōco-
 ntionis eius diuersa cōsuetudo ec-
 clesiarū seruatur. Romana ecclesia
 cōsiderans virginē fuisse in origi-
 nali conceptam non celebra-

✠ L
 festus con-
 nero eccle-
 nificatio-
 sue: post
 terante re-
 ceptionis
 libit as
 ceptione
 sed ration-
 ntero facti-
 tas sancti-
 ceptione
 tempore
 natur. In
 toleratur
 sanctifica-
 non ad
 bit orat
 nome l san-
 qui sancti-
 re. Unde
 sed sa-
 per hoc
 extra
 ¶ Ad octo-
 pondeo. C
 nius opin-
 te fuerin-
 n pater
 p̄terea
 e non pot-
 persona:
 miraculis
 q̄ vij. arti-
 qua quide-
 llicite fac-
 homo: v
 non est: v
 per incan-
 tere facta
 tionem mi-
 casiar
 oncludit
 ta forte
 mones
 teneat
 tior viro-

festus conceptionis eius. Alique
 vero ecclesie considerantes san-
 ctificationem eius in utero matris
 sue: post animationem factam to-
 lante romana ecclesia festum con-
 ceptionis eius celebrant. Unde ce-
 lebritas non est referenda ad con-
 ceptionem ratione conceptionis:
 sed ratione sanctificationis ei⁹ in
 utero facte post conceptionem: cu-
 ius sanctificationis festum in die
 cōceptionis celebratur: quia quo
 tempore sanctificata fuerit igno-
